emergentem.

Pedunculus communis compressus,
seu obsolete quadrangularis,
albidus, pedicelli similiter
oppositi, teretes, quorum in-
fimi longiores, et prout ter-
minalis, triflori, lateralibus
utique subsessilibus, reliqui
breuissimi, uniflori.

Bractea calyci substrata, eiusdem
cum illo longitudinis, subu-
lato-lanceolata, iam ante
expansionem floris marcescens,
et decidua. Praeter hanc api-
ce pedicelli denticuli duo, oppo-
siti,

lita persistentes.

Calyx monophyllus, cyathiformis tubum corollae aequans, limbus obtusis intermediis quadridentatus, albus, persistens.

Corolla monopetala, ante expansionem globosa viridescens, deinde infundibuliformis, viridi alba, infera, decidua tubo brevissimo, limbo quadripartito, laciniis ovatis, concavis, acutis, expansis.

Stamina duo corollis breviora.

Filamenta fauci corollae ad commissuras eius dein binas oppositas inserta, compressa, filiformia, brevia. Antherae magnae basi divisae, interius planae, exterius lineatae, erectae.

Pistillum unum, longitudine filamenti. Germen globosum. Stylus brevissimus. Stigma magnum ovatum, antice leviter emarginata.

Pericarpium: Drupa oblonga glabra, carne fibrosa, nuce aspera, crassa, dura, nucleo albo, dulci.

Animadversiones

In paucissimis floribus corollas quinquepartitas occurrit. Plurimis tamen stamina tria ~~quinta~~ invenit cel. Murray, sed semper in flore impari trigyno infimo et quidem, quando id contigit, utroque latere. Hinc vero rarius quatuor stamina per lusum naturae conspicua sunt. Plurimi rariores in ramis inferioribus esse manifestant, pauci in superioribus.

Descriptionem superiorem proximus vir iam a. 1771 adornaverat, quo ~~anno~~ modo folio arbor florerit, quum alias id fieri autumno modo ~~arbor~~ tertius et vix tum flores explicaverit. Praecipitavit sine dubio an—

anthesis calor aëris tum temporis adeo insignis, ut p. m. 2d gr. 82 Fahr. ascenderit

Nunquam vero in horto botanico arbor fructus maturavit, quia in hypocausto quidem calore adiuta, ~~[illegible]~~ hoc quod alias hybernaculi modo tepore per hiemem indiget.

Explicatio iconis

Fig. 1. Ramus folio articulati
2. Thyrsus cum adnato folio
3. Calyx ab interiori parte conspectus.
4. Flos deorsum visus.
5. Idem lateraliter conspectus.
6. Pistillum.
7. Idem alio situ depictum.
8. Anthera filamento insidens.
9 Germen intra calycem.

nota. Fig. 3. et a 6–9 partes microscopio amplificatas sistit.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

§. XXXII

Sed transeundum nunc est
ad multiplicem, quem stirps
haec nobis praestat, usum: Non
mei quidem muneris esse puto, aut
honores arbori huic utilissimae
antiquitus delatos,* aut optimam
atque genio ejus quam maxime ad-
aequatam, qua coli debet, ratio-
nem,+ aut reditus quotannis ejus
de expectandos, aut alios, in
quos tum in culinis tum in
artificum officinis└ adhiberi aliae
atque aliae ejus partes, aliisatque
aliis modis praeparatae solent,
usus, prolixius enarrare: Verum
iis tantummodo memorandis in-
haereo animus est commodis, quae
a benignissima hac planta a
primis inde (seu dixeris) artis in-
cunabulis in medicinam redunda-
runt.

§. XXXIII.

Corticem, praesertim radicis, ramos, et
folia, quemadmodum immatura
fructus valida pollere adstringendi
solidas corporis animalis partes
virtute, Veteres jam meritoque
persuasissimum sibi habuerunt,
ideoque, praeter reliquis expressum
ex recentibus foliis a) succum, vel
bleum, vel melle

* Qui plura de iis legere
concupiverit, adeat Jo. Bauhinum
in historia plant. universali: T. I.
P. II. p. 2. 3. 4. qui etiam de ejus
serendae plantandaeque modo
multa multumque disseruit.

\+ de hac vide Piero Vettori
delle lodi e della coltivazione
degli ulivi in Firenze. 1762.

└ Lignum scriniariis praeser-
tim ac tornatoribus, ob gratum
colorem, venas, quibus pingitur,
et splendorem, quem polierdo
accipit, gratum atque accep-
tum.

a) aut immaturis fructibus Oleum
omphacinum)

temperatum, aut loco illius decoctum cum foliis, aquam in sanguinis seriique nimiis usque variis profluviis, in ipso adeo sanguinis sputo in pulmonum abscessum abituro, in varii generis ulceribus, in gingivarum inflammationibus, oculorum morbis et aliis tanquam certissimum commendare auxilium haud dubitarunt. Alii floribus, alii ustis ex ligno cineribus alias atque alias ~~singulares~~ inesse facultates salutares, forsan honori, quem grata veterum superstitio aleae habebat, laedi, somniarunt.

§. XXXIV.

Princeps tamen virtus inhaeret fructibus, qui tum immaturi tum maturi in varios convertuntur usus. Immaturi, qui sponte sua ex arbore deciderunt, postquam aut ventorum violentia dejecti sunt ~~colliguntur~~ aut melius sollicite decerpti colliguntur, et ut ingrato suo linguamque stringendo ferienteque sapore aliquantisper orbentur, aut saepius ~~[illegible]~~ aquam ~~[illegible]~~ adfusa et defundendo ~~[illegible]~~, aut diu protracta vel in aqua pura vel in cinerum per calcem acriorem reddito lixivio maceratione eluuntur, et sale atque aromatibus stratis alternatim sibi superimpositis condiuntur.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Spiritus acidi volatilis empyreu-
matici imbutum illud expellit;
sed in negligentius quoque aut
diutius justo asservatum, seu
diu per..., sponte sua tanto citius
quando calore loci, licet ~~[illegible]~~
corporis humani vivi et sani calorem
~~[illegible]~~ non ~~majore~~ excedente * fovetur, aut li-
berum cum aëre externo alit
commercium, aut ex olivis
rancidis, putridis, vetustis, nimis
maturis, fervorem aquae, aut
nimium preli aestum expertis
expressum fuit; tunc videas statim albidum oleum obscuriore longe colore defoedatum
limpidissimum antea ~~[illegible]~~, turbi-
dum, et spissiores crassioresque
amurcas in fundum deposita
nunc fluidius, mitissimum antea
urente nunc acrimonia et ingra-
tissima praeditum amaritie, inodo-
rum evidentem nunc eumque te-
terrimum odorem ~~[illegible]~~ spargens; idem oleum, quod prius 38° thermometri Fahrenheitiani jam solidescebat, nunc vix eo frigoris gradu coagulatum, quo aqua pura congelari solet. Vires Sloaneae, quas alias in aes ferrum et cuprum exserit oleum, a rancore venire nonnulli contendunt Chemici.

* observante Boerhaavio Elem. Chem. T. II. P. II. Pr. 20. nr. 12.

§. XLV.

Haec sunt praecipua illius cor-
ruptionis effecta quae rancoris
nomen ~~apud~~ in medicorum scholis
obtinuit, et pinguibus quasi pro-
pria fermentatio haberi debet.
~~[illegible]~~ tamen ista mutatio
potest, et ad septem vel octo
annos integrum atque incorrup-
tum conservari oleum, dummodo
conditiones oleum eo disponentes
et §. priori enarratas sollicite
evitemus, ac nostram

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

a) et arctissime firmissimeque obturatis

oleum in vitris satis angu-
stis iisque penitus repletis a) atque
in loco frigido repositis condamus,
itaque contra aëris calorisque in-
jurias defendamus. Aliquantum
etiam resarciri damnum istud
a rancore oleo superveniente or-
tum potest, oleumque denuo in
pristinam blandam reduci indo-
lem, brevi tamen periturum, si cum
aqua simplici coquatur.

§ XLVI.

Virtutes salutares plurimas
inesse recenti et bonae notae
olivarum oleo, vix sontem esse
qui neget, et quamvis laudes,
illae immensae et innumerae,
quibus benignum oleum adscripta-
tur tum a Veteribus, tum a recenti-
orum plurimis tantum absint, ut
virum prudentem in magnam
de eo opinionem adducant, ut poti-
us diffidentiam excitent, non potest
tamen non magnorum virorum con-
sensus, ac rationale idque accuratum
tem externam ejus virtutum,
tum effectuum salutarium, ipsis
attributorum, tum observationum
atque periculorum pro his evin-
cendis enarratorum
et aliorum cum aliis comparatis scrutinium
quid veri, quid falsi commendati-
onibus his insit, decidere.

§ XLVII.

Lubricandi solidas corporis nostri
partes, quam vel levissima hujus
olei contrectatio vel maxime
incredulum docet, facultatem
efficacissimam tribue

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

in suo ipsorum corpore experti sunt Graecorum illi fastiori luctatores qui eum saltem in finem felicissimo eventu universi corporis, at praesertim artuum cutem pingui hoc inungere oleo: Sic et in aliis casibus nimis tensa aridave cuti, ~~nimis~~ aridis et exsiccatis quasi aliarum partium solidarum fibris nativam reddidisse ~~[illegible]~~ laevitatem, et frictionis praepediviisse ~~[illegible]~~ sequelas, indubitata loquitur Medicorum experientia.

§. ~~XL~~VIII

At hac lubricandi partes solidas ~~[illegible]~~ virtute saltem ex parte deducas celebratam illam olei in reseranda a nimia siccitate canalis intestinalis obstructa alvi vim, sive magna satis copia per os assumatur, sive per anum injiciatur? b) An eodem jure vim, quam olivarum oleum cum aliis unguinosis communem habet, ut largiore copia sumtum vomitum creat?

§. ~~X~~LIX.

Nullibi sane certius funestis atteritur effectibus medetur, quam in calculo aut ad asperitates vesicae urinariae ~~[illegible]~~ parietes allidente aut urethrae impacto, si per hujus ostium injicitur dolores atque inflammationem mitigandi: c)

Celebris etiam

b) Abrea auxilium, quod tum Hocolevanten butyrum praestat ad partes ab aestu jam diudum aquis et exsiccatas inde genitalibus praesertim interioribus promovendam, si quidem eo inungantur.

c) Eandem ob caussam chirurgi toties quoties catheteres, quos vocant, fistulas, quibus pro injiciendis in alias atque alias corporis partes fluidis, aut pro [illegible] utuntur, ~~[illegible]~~ aliaque id genus instrumenta ipsosve digitos cavitatibus corporis intrudunt, oleo inungenda esse prudentissime monent;

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

a) Lini vasa egressi

et nostris temporibus a magni nominis Medicis renovata, ab aliis imitata methodus * cujus faustus eventus olei virtuti a nonnullis tribuitur, in hydropis variis speciebus oleum nunc purum, nunc aliis calefacientibus + aut spiritu salis ammoniaci temperatum vel manu nuda vel linteis interpositis ‡ cuti (iteratis per hebdomadas et horas pluribus) inunctendi; potius a frictione ipsa, qua tenax liquidum atteritur, stagnans movetur, vasorum oscula concutiuntur et resorptioni a) magis opportuna fiunt, quam ab oleo pendere videtur, quod tantummodo, quemadmodum in aliis machinis, frictionis effectus in cute necessario a lino obtingentes excoriationem, inflammationem, gangraenam praecavet.

* Oliver Philos. Transact. Vol. 1 L. P. 1. p. 46 sqq. Stoerk annus medicus 1. p. 90. Medicus Beobachtungen aus der Arzneiwissenschaft. p. 569 sqq. Gazette de Santé 1773 et 1774. p. 29. 254. 267. 279. Bergeraud Journal de Medecine T. XLIII. p. 128. und d. Samml. auserlesener Abhandlungen für pract. Ärzte. II. B. 3. St. Schubert diss. sist. hydropis aetiologiam et therapiam. Halae. 1776.

\+ Cornel. Celsus L. de medicina III. c. 21. edit. Krause. p. 107.

‡ Bergeraud l. c. Salem addidit Galenus de compositione medicament. p. loc. Lib. 10. c. 3.

Edit. Kü[illegible]. p. 943.

L Ita praecipi Venerand. Praeceptor Murray apparat. medicam. Vol. II. p. 46.

r Ita Aëtius Libr. medicinal. Sermone X. c. 28. p. 244 primo quidem molliter, sensim danu[illegible], tandem tubis asperioribus fricari ~~jubet~~ imperat.

§. 1L.

Inter praecipuos, quibus oleum sese commendat, salutares in corpus nostrum effectus militat quoque illa virtus, quod indurata[s] praeter naturam partes emolliat! Quare, rarius quidem solum, tanto frequentius autem aliis emollientibus junctum, et in linimentorum, unguentorum, ceratorum, emplastrorum etc. formam redactum, toties a chirurgis, eo praesertim fine ~~sed~~ mediatrices naturae vires ad suppurationem tendentes juvent, et si quidem cum gaudio ~~[illegible]~~ fieri id fiat, optimo cum successu adhibetur; eundem etiam in finem, ad indurata quippe scybala, tot saepe malorum causa[m], emollienda, ano injicitur.

§. L.

Magis adhuc dici meretur facultas, fibras nimium tensas et crispatas relaxandi, convulsas mitigandi, unde usu imprimis interno tam multiplici modo oleum medicis proficuum fuit: Quare ad spasmos sive indolenter et sive dolorificos sive a venenis ingestis, sive ab aliis caussis natos, organa respirationis et concoctionis ciborum, renes et reliqua urinae receptacula nempe iterum ejusque vaginam, id quod a porta salpis ob venit occu-

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

partes saltem mitigandas, ad tussim, dolores colicam, stranguriam alvi obstructiones, si quidem ex his fontibus propullulent, leniendas ac tollendas toties jure meritoque depraedicatum a Medicis fuit oleum.

§. LI.

Princeps tamen est olei in obvolvenda cujuscunque generis acrimonia in primis viis, organis respirationis meatibus et receptaculi lotii antepositi et tollendis ab ejus actione profluentibus effectibus, irritatione, constrictione, convulsione, dolore, inflammatione, gangraena, tussi, variis concoctionis ciborum vitiis, lotii aut retentione aut dolorosa aut nimia excretione et quae sunt alia, vis: Hinc tum in enarratis modo a statu sano aberrationibus, et siquidem ex hoc, quem nominavi, fonte promanaverint (a) recte a magni nominis Medicis maximopere commendatum fuit oleum, tum praesertim quia plurima omnino venena acrimonia sua atroce animalium infesta sunt, cum reliquis olei unguinosis tanquam salmarium tum praeseferam, ut auxiliis antidotum praenunciatum.

a) tum in vulneribus a variis animalibus insectis, simul plagae instillantibus succum, v. g. apibus, vespis, inflictis

§. LII.

Quodsi hanc modo memoratam olei vim, quodsi ejusdem olei beneficium in defendendis ab contactu acrimoniae stimulo crudis et sensibus a dolente dictis externis contactu, tum acrimonia totics in affecto ab ingestis expositum canali cibali adeo vis miris

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

tot tantaque encomia in virtutem
olei veneniis resistentem profusa,
et quod utique, nemine refragante,
in perquam multis venenorum gene-
ribus optime conducit, pro more ingenii
humani, ad debellanda omnia et
singula praefestinatim fuisse cele-
bratum. Sic olei certe non ultima
laus est in veneniis manifesta acri-
monia noxiis intus ingestis aut deglu-
titis, ~~et intestina vindicem~~ aggressis,
enervandis in ~~defen~~ praemuni-
endo a plumbi plumbeorumque noxis
corpore, tot aegrotantium ventriculum,
antequam el acrimonia venena devo-
rent, obs aut butyro absolute inun-
gentium metallariorum et aliorum multiplicum fusorum, medi-
corum et aliorum multiplici experien-
tia explorata et confirmata.

§. LIII.

Mirum tamen est, et potius noxium ole-
um in iis veneniis, quae a singulari quem
in nervos exserunt, affectu, stupefacien-
tia audiunt, ad quae quippe frangen-
da non opus est oblinente, sed intan-
te, excutiente. An in iis conducat,
quae per inflicta vulnera sanguini ipsi
commixta ~~deleteriis~~ perniciosos suos
affectus edunt, sub judice adhuc lis
est.

§. LIV.

Si certe ~~considerates~~ contemplaris
testes et enarratos huiusque effectus externos olei facul-
tates
si cogites, oleum, nisi exundante copia
sit ingestum, ora a vasorum osculis in
intestina hiantibus posse resorberi,
si unquam saltem eji-
ua copia, sangui-

nis universae massae misceri, adeo
que neque sat cito, neque satis magna
copia ad sedem mali derivari posse
vix expectare ab hoc remedio mul-
tum solatii possis.

§. LV.

Potest quidem, ut haec olei facultas
explicetur ad ejus virtutem putredi-
ni resistendi appellari, quam exem-
plis et experimentis confirmatam vi-
deas a Rozier a) putem tamen hanc
vim vix de oleo intus ingesto prae-
dicari posse, quod et oleum quid-
quid ejus virtutis habet, tantum-
modo aërem, ad omne fermentati-
onis genus necessarium a superficie
corporum, quae obducit, arcendo, ab
hac corruptione praemunire.

a) Observations sur la physique, l'histoire naturelle &c. p. 1771. Sept. p. 75.

§. LVI.

+ Sunt tamen speciosissima eaque
non pauca Oliveri, Burtoni a) Hor-
timerii b) Williamsii c) Vateri d)
Fabricii, Hoesselii e) Claude Pou-
teavii f) Boernikenii g) et alio-
rum pericula quae homines et bestias h)
a serpentibus et ipsis rabidis ani-
malibus i) commorsos ab oleo aut
solummodo parti vulneratae
inuncto aut simul epoto k) sana-
tos testantur: Fuere tamen alii, qui
nullam planes in variis casibus in sanandis fere
[illegible]issimis illis malis viderunt efficaciam
- provoco tantum ad Geoffroy
Heinauld l) C. Boggiani m) Illustriss. Linnaeum n)
Deinde plerique horum autorum
speciem serpentis non definiverunt,
quam tamen nosse multum inter-
est, quum exploratissimum sit
non omnes in universum serpentes
lethiferos inferre ictus, facillime igi-
tur potuit fieri, ut illi autores
in suis aut observationibus aut
experimentis innocentiam serpentis
vulnera consolidarent; potuit
etiam fieri ut, quamvis virosissi-
mus, delassatus

§. LVII.

[illegible]teren pariter arcendo licet neque
emollientem et relaxantem, neque
poros cutis obstipantem vim excludere
[illegible] peritus animus sit, ad maturandos
abscessus apprime expedit, quem tamen
[illegible] ferem plerumque aliis temperatu-
aërem arcendo dolorem afflicta latis
mammarum, aliarum sensibili-
omnium corporis partium cuticula
natos compescit, hic etiam de causa
anodyni nomen adeptum licet prae
aliis recentibus ac meracis pinguedini-
bus aut fluidis aut consistentibus
aut vegetabilibus aut animalibus
hanc quoque facultatem
non habeat propriam sibi
neque negari

dum sit, partem ejus ab imminutis alvi* effectibus dependere.

§. LVIII.

Spiracula per quae aërem continuum (necessarium) [illegible] lant obstruendo certissimam inferunt mortem, uti omnia alia id genus [illegible] unguinosa, ita etiam olivarum oleum insectis ac vermibus, sive in oleo submergantur, sive oleo obliniatur universa corporis superficies, his spiraculis obstruendis; quare mirum non est, vulgare et quasi domesticum remedium et a multis jussisse commendatum; tanquam tutissimum ac potentissimum anthelminticum, et optimo cum successu, quum praeter viam internam intestinorum superficiem lubricando, spasmos ac dolores minuendo, ad expellendos vermes et faciendum, quae, rodendo praesertim intulerunt damna, si minimum faciat, a nonnullis fuisse adhibitum.

§. LIX.

Monendum tamen est, mortiferam hancce in insectos ideo homini hostes efficaciam neque de omnibus ipsis in intestinis videlentibus vermium generibus valere, neque unquam quod modus agendi jam [illegible] experiri [illegible]

tamen serpens evacuat jam venenosi latius receptaculis nihil amplius perniciosissimae ejus salivae vulneri infundere posset. Porro nonnulli eorum autorum a) alia etiam tum interne tum externe adhibuerunt, quae si non mederi plane isti malis potuerunt, multum tamen ad leniendam et tollenda ea debebant facere. Neque denique inficias ibo, esse forsitan aliquam serpentis speciem, cujus venerae debellando olivarum oleum sufficit, sed aliarum serpentium morsuri aliud antidotum frustra adhiberi.

a) Philos. Transact. Vol. LX. p. 312.
praecuntem tamen is habuit Autorem Medicinae curiosae qui primo anno 1688 prodiit.
b) ibid. p. 313.
c) ibid. Vol. XL. p. 26.
d) Diss. de antidoto novo adversus viperarum morsum praestantissimo in Anglia nuper detecto. Viteml. 1736. et de olei olivarum efficacia et virtute adversus morsum animalium. ibid. 1751.
e) utrumque allegat Flensburg diss. de oleorum expressorum usu medico. Hafn. 1773. p. 45. sqq.
f) Melanges de Chirurgie 1760. p. 155. sqq.
g) Fränckische Sammlung I. L. p. 490. sqq.

k) Plurium ~~ejus~~ ejusmodi experimentorum testis fuit Oliver, in columbis, gallis, felibus, canibus, vaccis et equis institutorum.

l) Boerniken l.c.

m) Oliver l.c.

) utriusque pericula enarrata legas in Memoir. de l'Academ. royale des scienc. à Paris. pour 1737. p. 183. sqq.

m) de veneno animantium. Florent. 1752. 4.

n) Amoenitt. acadd. Vol. II. p. 407. Vol. VI. p. 213.

o) Ita Fabricius l.c. acetum et theriacam, Boerniken l.c. scarificationem vulneris, vesicatoria et varia interna adhibuit.

larga olei deglutita copia a).

Alii quoque Medici, quos feliciori eventu eum in finem propinasse oleum nostrum legimus, semper alia, vel ut facilius misceretur oleum humoribus inquilinis, vel ut debilitata per diuturnam vermium moram et continuam rosionem viscera roborarentur, addiderunt. Sic in Gallia, narrante Forestio b) succo granatorum malorum aut, teste Riverio c) vino miscuerunt; sic Wall d) spiritum volatilem aromaticum olei alii aromatica amara, olea ~~essentialia~~ aetherea, purgantia oleo junxerunt.

a) id praecipue inculcavit Fr. Hoffmannus Supplem. ad medic. system. de infant. morb. c. 10. de vomitu p. 83.

b) Opp. omn. L. 21. Obs. 27. p. ~~[illegible]~~ 350.

c) Prax. medic. L. X. p. 504.

d) Philos. Transact. Vol. L. P. II. p. 839–841.

§. LX.

Ceterum medicus ne unquam obliviscatur, rancore, quem supra descripsi, omnes [illegible] ac destrui, tum reliquas internas externasque dotes ~~illas~~ salutares praesertim olei virtutes. Caveat igitur ab olei in hunc statum vel cominus degenerati usu, maxime interno; idem enim oleum quod recens ac primum

involvendae cujuscis generis acrimo-
niae, sive in organis digestionis, sive
in organis respirationis dominanti
optime inservit, novum evolvet, idque
perniciosissimum ac graviores lon-
ge motus excitans acrimoniae
genus; a) idem, quod si bonae notae
sit et recens, ad relaxandas fibras ~~partes~~
nimium tensas, ad alias constri-
ctas et convulsas in justum et
naturae sui adaequatum teno-
rem reducendas, vix ullum datur
medicamentum praestantius, sua
vero ipsius acrimonia nervos prae-
sertim ventriculi atque intesti-
norum vellicat et convellit vehemen-
tissimos in universo canali cibali
et per consensum hujus cum reliquis
corporis partibus haud raro etiam
in remotis partibus excitat motus,
et quod pessimum adhuc est, ea-
dem nocentissima sua acrimonia (vix unquam abstergenda et corrigenda)
tum humores in ~~canali~~ ventriculo
intestinisque obvios, tum si obsta-
cula, a natura prudente interpo-
sita, infelicissime omnia superaverit
et in sanguinem ipsum penetra-
verit, reliquos etiam, et prae ceteris
oleosi generis humores inficit. Ex
quibus omnibus alios motorem pri-
mario iterum conciliationem

turbantiam propulentat.

a) H. D. Gaubii institutiones pathologiae medicinalis. Leid. 1758. 8. §. 328-375.

§. LXI.

Quodsi praeterea consideres, mitissimum etiam atque a rancore quam maxime alienum oleum, si modo certas subeat conditiones (§.) in pessimum istud acrimoniae genus facillime degenerare, quodsi porro cogites easdem conditiones non raro in aliis atque aliis morbis et quidem in iis ipsis, ad quos sanandos commendatum fuit oleum, in corpore ipso, cui ingeritur, occurrere posse, mirari certe desines, toties spem medici fefellisse oleum, et quod comprimere debebat concitatos tumultus novis et gravioribus longe exagitasse corporis molestiis.

§. LXII.

Qui certe, ut in omni veneno ad oleum tanquam ad sacram ancoram confugissent medici, auctores erant, qui ad omne in universum acrimoniae genus enervandum ~~tanquam~~ velut potentissimum remedium commendabant oleum, nunquam debuerant praeterire, monitum, esse veneni esse acrimoniae genus atrocissimum, cui debellando tantum abest ut proficiat oleum, ut potius ignem igni addat. Pota oleosa et pinguia

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

dum inquinatur
ipso jam rancore infecta, et pro
more suo in viscera, quibus continen-
tur, saevientia, quae si mitissimo
illo, recente ac genuino oleo
temperare ac mitigare velis, hoc qua-
si omnia sibi aequante vel, sit
venia verbo, adsimilante in sui
consortium rapiunt, sicutem in
modum depravant, et aucta
nunc materiae peccantis copia
pestilentes suos effectus tanto lati-
us per omne corpus propagant, uni-
tanto difficilius tum corrigenda
tum exterminanda.

§. LXIII.

Procul dubio similis subest caussa,
quare Ill. Lifflatus ab celebratum
adeo ad vermes depellendos medi-
camentum rejiciat, verminosi enim
infantes, plerique voraces, sabur-
ram frequentius ricidosa rancore
infectam in intestinis suis colli-
gant: Exhibeat iis praeterea per
voratam sensim sensimque labe-
factatae ventriculi intestinorumque
vires, hinc et difficilior et lentior
concoctio: Pone nunc oleo, et qui-
dem, prouti eum in scopum fieri
oportet, larga ejus copia gravatum
ventriculum, non solum

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

non justo diutius morari oleum, et quum omnes ad gignendum rancorem necessariae conditiones, calor ventriculi, calori reliqui corporis aequalis, et liber aëris per os et oesophagum accessus adsint, perquam facile rancorem in modum degenerare.

[illegible] [illegible] [illegible] Landvolk in Deutschland seine Gesundheit, mit [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] franzosischen [illegible] [illegible] 1762. 8. [illegible] 376.

§ LXIV.

Magis adhuc extimescenda esse terrima illa olei in rancorem degeneratio in iis morbis, in quibus magnus naturalem et sanum excedens calor universum corpus exagitat, vires ventriculi conquassatae debilitatae exspirantur, bilis aut reliqui humores carnalem, [illegible] aut [illegible] indigestorum reliquiae aut universa humorum massa in putredinem vergit, in morbis + quos vocant inflammatorios exanthematicos biliosos putridos malignos ut mirari satis non possis esse adhuc, qui oleorum internum usum tale vera esse, quae in ipsis morbis biliosis putridis et malignis suadere et adeo commendare non dubitant.

Leferas hic Panzani raggionamento critico sull' uso interno degli olii nelle febbri grave, sulle ordinario trattamento delle putride e biliose affezioni e sulla sede della malattie

+ plerisque acutis et febribus praesertim iis,

che osservansi sogliono nella città di Venezia. Venet. 1775.

2. Lizzari la difesa degli oleosi nella cura della malattia biliosa. Venet. 1775.

3. Gaspari analysi d'alcuni olei dolci per uso della medicina pratica. Verona. 1776. 8.

4. Fournier in Richard de Hautesierre recueil d'observations de Medecine. T. I. p. 69.

§ LXV.

Sed ~~ex~~ externus quidem olei usus semper innocuus est; potest nimium relaxando poros spiracula cutis obstruendo intempestive adhibitum in variis vulnerum et ulcerum ~~...~~ temporibus et generibus ~~...~~ humorum speciebus praesertim hydropicis atque inflammatoriis pessime nocere. Et ut ab ulceribus quibus ossium caries subest omnia et sic quoque oleosa et pinguia sedulo arceant prudentiores chirurgi inculcare satis vix possunt.

§ LXVI.

Oleum si intus sumatur raro nisi forte venenum aeve deglutitum enervandi solum praebetur. Sed plerumque tum ut gratiorem habeat saporem tum ut facilius coagulatur atque humoribus inquilinis misceatur cum vitello ovorum aut cum gummi arabico aut cum fruchare substantiis quae omnia nervandi olei virtute

non mutat, mutat tamen quam
maxime novas addendo, alias
tollendo, fit, praesertim liquorum,
cui si jungitur oleum, sapo
exsurgit, alias perinde uti-
liter nunquam solemnius, sane
hos celebres quibus hic enarran-
dis nimis extra ambitum mei libelli pa-
ratibus supersedeo.

LXVII.

Sed et quoque externe raro sola
applicatur, frequentius longe cum
variis vegetabilibus in olei vehi-
culi [illegible] formam, cum aliis pin-
guibus, cera, resinis, gummi elastico
et aliis in linimenti balsami un-
guenti cerati emplastri formam
adaptatum, quibus variis connubiis
nunc exaltantur nunc minuuntur
mente alterantur ejus virtutes. Quin
quod moneat philosophorum et con-
hoc oleo cum lateum [illegible]
sollato praeparatum [illegible] de
et appellant empyreumatici ani-
moniam, benevolatum, solabit [illegible]
tem vires et indolem habet.

LXVIII.

De Sebumentum quoque illud quod
ab oleo modo [illegible] in [illegible]
dit, ammonie vulgo nomine insignitum
tum alii a) ad paralysin et dolores
a caussa frigida natos, alii b) podagricis
et arthriticis commendarunt.

a) Fourniez l. c.
b) Dioscorides Libri
de materia medica I.
cap. 134.

~~Plura de hac olivarum praeparatione habet Fourques in Hauteserts Recueil d'Observations de Medecine T. 1. p. 9. sqq.~~

§. XXXV.

Conditae istae olivae non a multis tantum
~~[illegible]~~ in deliciis habentur, et in
regionibus quoque septentrionali-
bus, carnium quasi condimentum
estentur, sed a Medicis etiam
~~atque si quidem~~ modo ventri-
culi debilitas a fibrarum, quae
ejus tunicas constituunt, debilita-
te ~~relaxatione~~ seu torpore proficiscatur, haud
ineptae ad roborandum ventriculum
depraedicantur.

§. XXXVI.

Praecipua tamen utilitas in oleo
residet, quo fructus hi scatent.
Ad eum finem eligendi sunt ii fructus,
qui, quorum color in plerisque niger, aliàs saturate ruber, tempus anni desti-
~~debitum~~ justum adsecuti
sunt maturitatis terminum regi- tutum et compages aliquanto mollior indicat,
ciendi immaturi, quorum oleum
amaritiei vestigia sibi adhuc habet
impressa; maturitatis terminum
egressi, ~~quorum~~ ex quibus oleum acre et
rancidum exit, diutius asservati,
concervati, vetusti, qui, licet eodem
pondere prelo subjecti majus olei
pondus praebere videantur, quam
recentes, attamen tum aliis longe
suppeditant, tum sitem paulo spi-
tius ad calculos voces minorem
olei copiam, quam si iidem recen-
ter expressi fuissent, * rejiciendi.

eandem ob caussas exessi, pu-
tridi, rancidi, qui, quod per hasce
corruptiones major pars olivarum
in liquorem resolvi solet, ~~haud~~
~~...~~ et eam ob rem majorem
liquidi oleosi per prelum exhibet
vim, a lucripetis haud raro de
industria adhibentur, vilissimum
~~tamen~~, et prouti jam claustris suis
naturalibus (adeptis) inclusum se habet,
rancidum subministrante oleum.

§. XXXVII.

Oleum hoc pingue et blandum,
~~...~~
~~pers, quem tamen ...~~
~~...~~ in
regionibus olearum feracibus
tercularis, multum cum eo conve-
nientis, quo ad exprimendum exui
mustum utuntur * ex olivis expri-
mitur, non tamen semper a) sibi
penitus simile, sed tum pro
alia atque alia varietatis (et ipsius fructus)
qua extorquetur, indole, + tum
pro aliis atque aliis, quae in expri-
mendo oleo obveniunt, artificiis,
diversum.

* Varias huic fini aptas machinas
depictas vide in Vues économiques
sur les moulins et pressoirs à l'
huile d'olives connus en France
ou en Italie. Tab. I–VII.

+ optimum impetratur oleum
ex varietate, quae fructus fert
minores et rotundiores
(Aglandau)

* Id jam I. Bauhinus subolfe-
cit l. c. p. 12.

a) etsi summa cum cura elici-
tum

§ XXXVIII.

Deinde nimirum interest, an ex toto fructu, an ex parte, an ex hac illave parte exprimatur oleum. Carnem fructus optimum praebet, subtile pallide flavi coloris, gratique odoris et largissimum oleum, acre esse, turbidum et graveolens, quod ex proximo nuclei integumento, obscurum tenax, et fatioris odoris, quod ex nucleo ipso elicitur, praecun- tibus jam Veteribus nuper notavit

A. Sieuve*

* Giornale d'Italia T. 10. n. 26.

Majoris adhuc momenti intercedit ~~ad~~ ixa. discrimen inter illud oleum, quod primo levi manu, et illud, quod posterius ac fortius et vehementius majori vi adhibita inter illud, quod ex puris tam pulpam conquassatis et sacculis suis inclusis olivis, et inter illud, quod ex residuis a praecedente expressione, potiore olei parte orbatis et ut plus adhuc olei suppeditent, fervida aqua humectatis olivis exprimitur; illud enim quod principio, neque magna vi adhibita neque adfusa aqua pro- fluit, virgineum dictum, Πρότειον Graecis reliquis puritate, blanditie et concentratione suae bonitatis omnibus palmam praeripere, ~~anneae~~ et

medicato praesertim usui prae
reliquis aptius esse, omnes consen-
tiunt.

§. XL.

Virgineum istud omni cum cura
et sollicitudine expressum atque
asservatum oleum blandissimum
dulcisculi saporis, vix odoratum
parum flavescens, aquae b) perinde
ac spiritui vini (nisi quidem
a calce viva aliquoties destilla-
tione abstractum fuerit) [illegible]
certam operam, uti Minitus [illegible]
nescium cum flamma ardens
camphoram, resinas, ceram, sulphur, succinum, plumbi
calces, (a quibus dulcescit. et
spissescit) stanni calces, ipsum
adeo ferrum et cuprum solvens,
consueto aëris nostri calore fluidum,
frigore, quod 38vus Fahrenheitiani
thermometri gradus notat,
jam in massam spissiorem, opaciorem
albescentem coit, ceterum
adeo fixum ut neque aëris nos cir-
cumeuntis calore, neque calore aquae
calorem bullientis attingente, per quindecim dies
fotum, vel granulum de suo pon-
dere perdat. Blanditie vel si mavis
dulcedine atque albedine longe
superat tum alia, tum expressum
praesertim ex lini aut raparum
seminibus oleum, ut merum olivarum
oleum tanto plenius
imitetur;

b (nisi intercedente aut gummi vel mucilagine quemadmodum in emulsione, aut sale lixivio quemadmodum in sapone)

a) spumam reddens,

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

impiâ ac sanitati quam maxi-
me perniciosa fraude in vasis
ex plumbo confectis asservantur;
unde pessimi hujus metalli parti-
culis praegnans et in corpus inge-
stum lentu illud inopinato affi-
cere haud potest, nisi cito medi-
cina paretur.

§. XLI.

Detegi tamen fraus ista potest
si vel minima subsit suspicio [illegible] sub herba anguis
vel adfundendo solutum in
aqua pura et per ~~[illegible]~~ chartam
trajectum, quod vocant, Hepar
sulphuris arsenicale, unde, si
plumbi aliquid inhaereat, oleum
nigrescet, vel accendendo oleum
pro flamma consumto, si quidem
plumbo adulteratum fuerit, plum-
bi granulum certo certius remane-
bit.

§. XLII.

Sed purissimum etiam olivarum oleum, ipsum
illud a puritate sua cognomina-
tum virgineum (dum exprimitur nunc majalem,
muco minorem [illegible] cujusdam
copiam secum vehit, qui nisi
aut longa quiete sponte sua (in certe pro maxima sui parte
fundum secedat (Camurcae nomen
huic sedimento inditum) aut sale
culinari addito ~~vel~~ aut
~~[illegible]~~ inspersi, quasi destructa, spiritu vini
aut salinas particulas ex corpori-
bus vicinis attrahit, et
totum oleum

tanto ocyus combustioni opportu-
num reddit.

§. XXIIII.

Inest certe praeter inflammabi-
le principium in flamma conspi-
cuum, in reducendis metallis
efficax, in producendo cum oleo
vitrioli affuso tum calore, tum vitriolico
quem vocant, aëre, tam acido
vitrioli volatili accidens olivarum
oleo, quemadmodum reliquis un-
guinosis, et aquae particula,
quam flamma prodit, et terra
calcareae aemula tam in fuligine
quam emittat, quam in residuo
carbone et in [illegible] adhuc in exustis
cineribus se manifestans, et acidum
illud quam proxime accedens,
quod nuperrime Crellius * eo
butyro Cacao impetrasse se, et acido
pinguedinis animalis simile
invenisse refert, adeo tamen
in recentissimo bonae notae oleo
involutum, ut vel delicatis-
sima lingua ne minimum qui-
dem ejus reperiat vestigium.

* Chemisches Journal. Lemgo.
1. Th. 1778. p. 152.

§. XXV.

Acidum tamen illud acre, hactenus
inflammabili suo principio obli-
nitum, et quasi gladius in vagina
iners, facile [illegible] negatio [illegible]
non violento tantum
igne, quin forma [illegible] acceleratur,

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main